fuit namque vir sapiens et mediocris staturæ, moribus gravis, et etatis grandevus, videlicet ~~76~~ 56 annorum in promocione sua, experteque in spirituali et seculari statu. Consiliarius enim predecessoris sui in arduis et ambiguis causis fuit. Iste venerabilis præsul fuit satis concorditer electus in die sancti Brictii episcopi in Colonia, Anno Domini 1508, recepitque pallium et confirmacionem suam a sanctissimo in Christo patre et domino Julio 2 Romanorum pontifice etc: Anno Domini 1522 scriptus.